Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ysaias

rum. Sonabunt pli sicut sonitus aquarum inundantium. et increpabit eum et fugiet procul. et rapietur sicut pulus montium. a facie ventis. et sicut turbo coram tempestate. In tempore uespere et ecce turbatio. In mane. et non subsistet. Hec est pars eorum. qui rapiunt nos. et sors diripientium nos.

XVIII

Ue terre cymbalo alarum que est trans flumen ethiopie. qui mittit in mare legatos. in uasis papiri super aquas. Ite angeli uelociter ad gentem conuulsam et dilaceratam. ad populum terribilem post quem non est alius. ad gentem expectantem et conculcatam cui diripuerunt flumina terram eius. ad montem nominis domini exercituum monte syon. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra cum eleuatum fuerit signum in montibus uidebitis et clangorem tube audietis. quia hec dicit dominus ad me. Ego quiescam et considerabo in loco meo. sicut meridiana lux clara est. et sicut nubes roris in die messis. Ante messem cum totus efloruerit. et in maturum pfectio germinauerit. Et precidentur ramusculi eius falcibus et que deuecta fuerunt abscidentur. et relinquentur simul aui montium et bestiis terre et estate pcuiet super eum uolucres et omnes bestie terre super eum hiemabunt. In tempore illo deferetur munus domino exercituum populo diuulso et dilacerato. populo terribili post quem non fuit alius. gente exspectante et conculcata cuius diripuerunt flumina terram eius ad locum nominis domini exercituum monte syon.

XIX

Onus egypti. Ecce dominus ascendet super nubem leuem et ingredietur egyptum et mouebuntur simulacra egypti a facie eius. et cor egypti tabescet in medio eius. et conturbabo egyptios aduersus egyptios et pugnabitur unus contra fratrem suum et unus contra amicum suum. ciuitas aduersus ciuitatem. regnum aduersus regnum. et diripietur spiritus egypti in uisceribus eius. et consilium eius precipitabo. et interrogabunt simulacra sua et dominos suos et pithones suos et aruspices et tradam egyptum in manus dominorum crudelium. et rex fortis dominabitur eorum. ait dominus deus exercituum. Et arescet aqua de mari et flumen desolabitur atque siccabitur et defluent flumina et attenuabuntur et siccabuntur rami arundinum et calamus marcescet. Nudabitur alueus et rum a fonte suo et omnis sementis irrigua siccabunt. arescet non erit et merebunt piscatores et lugebunt omnes in flumen mittentes hamum et expandentes rete super faciem aquarum emarcescent. Confundentur omnes qui operabantur linum pectentes et texentes subtilia et erunt irrigua eius flaccida. eius qui faciebat lacunas ad capiendos pis

10